



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. De Præfectis studiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT V.

De Officialibus Scholarum  
publicarum.

SECTIO I.

De Præfctis Studiorum.



Xtra controversiam est, primas partes in gubernanda Universitate esse Rectoris. <sup>a</sup> Sed quia ejus munus, plurimumque aliorum, qui in administratione domestica ei inserviunt, infra exponitur; hic tantum agetur de iis Officialibus, quos idem Rector habere debet pro regendis omnium studiis, & disciplina Scholasticorum externorum.

I. Igitur præter quatuor Consiliarios, seu Assistentes, de quibus infra ubi de officio Rectoris distinctius agitur: Primus se offert Præfctus studiorum; qui Cancellarius in Constitutionibus appellatur, <sup>b</sup> & à Provinciali adjungendus Rectori est, quem Generalis designaverit. <sup>c</sup> At sicubi fortè Cancellarius est à Præfcto distinctus, Provincialis erit statuere, quæ Regulæ utrique communes, vel propriæ alterutri esse

<sup>a</sup> P. 4. c. 17. §. 1.

*Præfctus Generalis Studiorum qualis eligendus.*

<sup>b</sup> P. 4. c. 17. §. 1.

<sup>c</sup> R. Prov. 27. & St. R. Prov.

*d* R. Præf. St. 2. esse debeant. *d* Nec repugnat in eandem personam Rectoris, & Cancellarii munus convenire. *e* Præfectus igitur studiorum vir erit in literis egregiè versatus: qui & zelo bono, & iudicio ad ea, quæ sunt ei committenda, polleat; cujus sit munus generale Rectoris instrumentum esse, ad studia benè ordinanda. *f*

*f* P. 4. c. 5. §. 1. & c. 13 §. 4. & c. 15. §. 1. & c. 17. §. 2. & St. R. Prof. 2. & Præf. 1.

*Disputationes dirigit.*

*g* P. 4. c. 6. §. 10. & c. 17. §. 2. & St. R. Præf. 6.

*h* C. 1. D. 30.

*Qua facultates illi communicentur.*

*i* P. 4. c. 17. §. 2. & Greg. XIII. p. 190.

*l* St. R. Rector. 2.

*Alia ejusdem jura, & obligationes.*

2. In particulari ad ipsum spectat disputationes in Actibus publicis dirigere; in quibus suum cuique dicendi tempus distribuat: & quid doctrinæ elici oporteat ex disputatis, declaret. *g* Quamquam non obligatur Societas semper ad dandum hujusmodi Præsidem. Antiquissimus enim Præceptorum, qui disputant, poterit præstare, quod ex hoc officio, juxta Rectoris iudicium, conveniet. *h*

3. Idem præfectus est Rectoris instrumentum ad discernendum, an sufficiens doctrina sit eorum; qui ad actus, & gradus (quos quidem ipsemet dabit) sunt admittendi; *i* & universè Rector ei omnem tribuet potestatem; quam ad rectam ejus officii administrationem pertinere iudicabit. *l*

4. Eidem parere debent Professores, & Scholastici omnes; tum, qui in eodem Collegio, tum si qui in Convictorum, & Alum-

Alumnorum Seminariis fortè degunt ; ip-  
 sique in Seminariis studiorum Præfecti. *m* Nihil tamen immutare debet ex iis ; quæ  
 habentur in ordine Studiorum : sed ubi  
 opus est , referat ad Superiorem. *n* Immò  
 Regulas ab Auditoribus, Professoribusque  
 omnibus sedulò curet observari ; præcipuè  
 verò quæ sunt de Doctrina S. Thomæ, de  
 delectu opinionum, de tradendis omnibus  
 materiis : de Actibus Theologicis, & Phi-  
 losophicis, & præviis ad eos Examinibus,  
 & Thesis. *o* Per Magistros omnibus Au-  
 ditoribus tempus ita distribuatur, ut publicè  
 privatimque illud benè collocent. *p* Nihil  
 publicè recitari patiatur, quod non ipse re-  
 cognoverit. *q* Invigilet cùm Conclusiones  
 defendendæ ; maximè verò imprimendæ  
 erunt. *r* Curet ne Scholastici Libris, aut  
 utilibus careant, aut abundant inutilibus. *s*  
 5. Ob Gymnasii amplitudinem, ac  
 varietatem Præfecto Generali studiorum  
 addi potest alter ; qui, ex ejus præscrip-  
 to, studiis inferioribus moderetur ; quin  
 & tertius, qui Scholarum atrio præ-  
 sit. *t* Præfectus igitur Scholarum inferiorum,  
 est instrumentum Rectoris, tam in  
 scholis, quàm in moribus. *u* In iis, quæ ad  
 mores pertinent, Rectorem tantum ; in iis  
 verò, quæ ad studia, generalem studiorum  
 Præ-

*m* St. R. Prov.

2. & com.

sup. 4.

*n* R. Præf. 3.

*o* R. Præf. à 4.

ad 26.

*p* R. 27.

*q* R. 28. & R.

Inf. 3.

*r* R. 4.

*s* R. 29 30.

*t* Præfectus stu-  
 diorum inferiorum.

*u* St. R. Prov. 3.

& St. R. Rect.

22.

*v* R. Præf.

inf. 1.

- x* R. 2. 3. Præfectum consulat. *x* Ubi verò is non adesset, ipse recognoscat, quæ publicè declamantur; & nostris Scholasticis libros distribuatur, utrumque Rectore probante. *y* Magistrorum inferiorum, & Auditorum Regulas sedulò curet observandas. Eisdem Magistros instruat, defendat; nec patiat Scholarum præscriptum ordinem permisceri. Eisdem visitet decimoquinto quoque die; ferias promulget. Ipsi verò suo Præfecto parere debent in iis, quæ ad studia, & Scholæ disciplinam pertinent. *z* In novis Auditoribus admittendis examen doctrinæ, morum, ætatis, conditionis adhibeat. *a* Promoveat ad Superiores classes ordinariè semel in anno: præmittat examen juxta Reg. St. pag. 98. & expendat Magistri notas in Catalogo, cuilibet discipulorum adscriptas. *b* Catalogum librorum explicandorum initio studiorum curet; & ne libri usui futuri apud Bibliopolas desiderentur. *c* Singulis Auditoribus scamna assignet, Nobilioribus quidem commodiora; Nostris verò, & aliis Religiosis separata. *d* Studii horas distribuatur. Non faciliè immunitatem à Versibus, & Græcis discendis cuiquam tribuat. *e* Declamationes, Disputationes, Academias dirigat. *f* De præmiis distribuendis publicè, aliisque similibus
- z* R. 4. 5. 6. 7. 8. & R. Prof. inf. 11. 12. & seq. usq; ad finem.
- a* R. 10. 11. 12.
- b* R. à 13. ad 26. & R. Prof. inf. 37. 38.
- c* R. 27. 28.
- d* R. 29.
- e* R. 30. 31.
- f* R. 32. 33. 34.

libus incitamentis, ne Regulæ negligentur, det operam. g Ad continendos autem in officio Auditores, fervet quod infra explicabitur, & in ipsius Regulis continetur. h

g R. 35. 36.

h R. à 37. ad 49.

SECTIO II.

De Magistris.

Quæ multa præstanda sunt à Magistris Societatis, referuntur in ipsorum Regulis tum communibus, tum particularibus; & magna ex parte indicantur toto hoc tractatu de Scholis. Addenda hic solum, quod in iis eligendis, instituendisque præscriptum est.

*Quinam Magistri ordinariè constituendi, & quantoperè fovendi.*

1. Magistri diversi pro captu, & numero audientium constituendi, & omnes, si fieri potest, ex Societate sint: quamvis, si necessitas urgeret, Externi esse possint: operandumque ut docti, diligentes, & profectus studentium studiosi sint. i Rector vero caritate Religiosa Magistrorum alacritatem foveat; curetque ne muneribus domesticis gravius onerentur. l

i P. 4 c. 6. S. 6.  
& c. 13. §. 3. &  
B. & C. 2. D. 9.  
l St. R. Rect.  
20.

2. Cum studium literarum humaniorum, magno Reipub. Christianæ commodo, Societas usurpaverit; harum Magistros speciatim Superioribus commendavit:

*Præcipuè commendantur Magistri inferiores.*

ut